DE INSTRUMENTI FORMA AD ELICIENDA CORPORA HETEROGENEA...

Ranieri Menici

DE INSTRUMENTI FORMA

AD ELICIENDA CORPORA HETEROGENEA

IN OESOFAGO HÆRENTIA

ACCOMMODATI

R. MENICI
IN PISARUM ATHENÆO PROFESSORIS

DISQUISITIO

PISIS
[illegible] PROSPERI
TYPOGRAPHUS ATHENÆI
MDCCCXLI.

MEMORIÆ

NUNQUAM PERITURÆ AN. VACCÀ BERLINGHIERI

PRÆCEPTORIS MEI, ET AMICI AMATISSIMI,

QUEM SOSPITEM

VELUTI DOCTRINÆ, MAGNANIMITATIS,

ET AMORIS ERGA HUMANITATEM

EXEMPLAR DILEXI,

NUNC MORTE PEREMPTUM LUGEO!

Quod magis ad nos pertinet, agitemus.
Horat.

Quam profuturi sint ad promovendas scientiarum naturalium cognitiones sapientissimorum Italorum Congressus instituti, indubia nobis argumenta suppeditant eximiæ illæ excogitationes, ad singulas scientias spectantes, quæ a compluribus præstantissimis viris in Pisarum, ac augusta Taurinorum conventu traditæ, plane commendatæ fuere. Et quidem tanta superest rerum copia tenebris adhuc obvoluta, ut suo labore, ingenioque itali Sodales, naturæ mysteria depromere nitentes, Italiam vetusto, ac hodierno decore concinnatam cæteras inter cultas Nationes merito extollere possint.

Attamen cavendum est, ne huic consuetudini, ut plerumque in rebus optimis solet

evenire, abusus statim obrepat. Nam si arrogantia, et livor doctrinæ se se comites præbuerint, fiet ut bona fides inter nonnullos Scientiarum Cultores evanescat, summorum hominum judicio, et auctoritati reverentia pro mentis imbecillitate existimetur; hinc temeritatis logica intellectus logicam subvertit, hinc super scamnum fortunæ effrænata superbia suis inflata opinionibus ac divitiis considens, cæterorum considerationes, et res etiam factis declaratas obtrectare conatur.

Sed pleno ore laudanda italorum Sodalium disputandi ratio: hi enim nulla animi cupiditate, vel perturbatione capti, at lepore magis, honitateque in cogitando, et loquendo præditi rerum naturalium investigationes facillime amplecti potuerunt.

Nos quidem studium omne, omnesque nostras curas ad chirurgicas disciplinas maxime contulimus, nec est a nobis alienum si ad earum progressionem aliquid comparare periclitemur.

Nullus homo, si a mythologiæ deliramentis animum deflectamus, Chirurgiæ est inventor habendus: universi enim homines, ex omni memoria temporum, civitatumque, gloriari queunt, illam cogitatione, studio, et experientia exprompsisse; idcirco omnium populorum artem nuncupandam arbitramur. Et quamvis tantas adhuc, et fere incredibiles vires adepta sit Chirurgia, ut ars magna jure meritoque hodie possit appellari, nihilominus officium est omnium, qui disciplinas hujus artis profitentur, operationum methodos magis faciles, vel minus graves reddere, nisi possibile sit novas methodos novasque operationes cognitis adjicere. Quapropter nos mentem sedulo convertimus ad excogitandam instrumenti formam, cujus ope corpora inusitata in fauces elapsa, et fortuito œsophago interjecta facile removeantur. Et quoniam in capessendis nostris laboribus haudquaquam gloriam nobis, sed humani generis utilitatem omnino desideravimus (idque unum nobis curæ semper

fuisse satis ex variis scriptis apparet, quæ in medium protulimus) opusculum hoc misellum absque vanitate Cultoribus chirurgiæ impertitum, judicio eorum libenter subjicimus, ut quidquid in eo reprehendendum putent, convenientibus argumentis, quisque hoc libere faciat, et grato, fidentique animo nos cum illo plane congruere pollicemur (1).

(1) Libet nobis hanc pagellam hic transcribere, qualem exaravimus consilio inserendi eam in medicinæ Ephemeride.

Piacque al Sig. Cavalier Prof. G. Regnoli, nella prima adunanza degli Scienziati italiani in Pisa, di eclissare, con linguaggio ipercritico, quella poca luce che i sommi chirurghi d' Italia sparsero sopra i miei strumenti per la litotomia. Il cavaliere Scarpa ne scrisse in tal guisa « GLI STRO« MENTI DA LEI PROPOSTI L' UNO PEL TAGLIO VAGINO-VESSICALE, « L' ALTRO PER SEGARE LA GROSSA PIETRA IN VESSICA SONO INGE« GNOSAMENTE IMMAGINATI »

Il cavalier Palletta « TROVO VERISSIME LE RIFLESSIO« NI SUL PERICOLO DELLE TANAGLIE FRANGENTI, QUELLE SUL« L' ALTO APPARECCHIO, E PERCIÒ COMMENDO LE DI LEI IN« VENZIONI, ED AMEREI DI AVERE UN ISTRUMENTO DI TAL FAT« TA » (*V. Memor. sull allacciatura dell' Iliaca esterna ec. e V. observationes ad clinicam externam pertinentes Raineri Menici*). Ora siccome fra quei sommi Chirurghi lo annovero meritamente anche il Prof. Regnoli, am-

Itaque, de corporibus alimentariis, quæ male dentibus confecta ob eorum crassitiem in œsophago se quandoque congerunt, ne verbum quidem facere volumus; namque

lasco di produrre anche i giudizi scritti da lui medesimo sullo stesso proposito, giudizi ch' Ei mi aveva già espressi in Lettera da me custodita fra le altre più stimabili, che su tale argomento io ne possegga: eccoli: « IN QUANTO ALL' I« STRUMENTO DA LEI IMAGINATO PER PRATICARE CON SICUREZZA « LA LITOTOMIA SULLA DONNA COL METODO VAGINO-VESSICALE NON « POSSO DIRE SE NON CHE È BEN CONCEPITO, E DEVE ESSERE « FACILE IL DI LUI MANEGGIO — È BEN PENSATO IL DI LEI « ISTRUMENTO PER ESTRARRE LA GROSSA PIETRA COL METODO « *laterale*, E SI PUÒ BENISSIMO, E CON MOLTO VANTAGGIO « ADOPERARE ».

Come porre adesso in accordo cotanta disarmonia di concetti? come laude non parca, ed intemperante biasimo insieme dello stesso identico subietto? come tanta inconseguenza in un Professore di tanta dottrina fornito? Egli è ciò forse per una di quelle stranissime aberrazioni del pensiero, da cui può non andare esente uomo veruno?

Ma qualunque motivo abbia mosso il Regnoli a procedere in tal guisa, niuno desuma che io gioisca nel sorprendere in contradizione seco stesso un egregio Collega nò, questo genio maligno non ha posto unque radice nel mio cuore: che se ne ricordo i giudizi dal Regnoli scritti, e perciò da lui meditati, e perciò apprezzabili di fronte a quelli scagliati a voce irrefrenabile, non è perchè io mi vi senta istigato dall' amor per le mie cose, o da spirito contenzioso

talia corpora in stomachum quocumque artificio impulsa, nullam noxam hominibus afferre consuescunt: verum aliquid tantum disserere statuimus de illis solidis, et inu-

di reazione, mai nò! bensì dallo amor per la Scienza, e per la Umanità, di cui credo aver dato non dubbie prove, avvegnachè, favoriti i miei lavori eziandio dal voto del sullodato Regnoli, per me valutabilissimo, il mio amor pella Scienza, e pella umanità trovasi ad esuberanza lusingato. Nè posso temere che il Prof Regnoli prenda in mal grado queste mie poche parole, attesochè dello amor per la Scienza, e per l' umanità ce ne prodiga Egli pure luculentissime attestazioni.

Al mio erniotomo (*V. prolusione accademica su di un nuovo istrumento erniotomo*) fu obbiettato che potendosi varia incontrare la crassizie del ligamento di Gimbernart converrebbe munirsi di erniotomi con apertura di varia larghezza: e sia ciò pure, sebbene mi sarebbe facile cosa il dimostrare l' erroneità del concetto; ma un obiezione di tal fatta come poteva egli mai emergere dalla mente serena, e coscienziosa di un uomo dell' arte? e' non si tratta egli forse del pericolo di uccidere un misero che alla nostra pietà, alle nostre mani tutto affida sè stesso? e i più grandi maestri, non escluso il Baron Dupuytren, non hanno forse temuto, e non temono l' emorragia letale sbrigliando il merocele strangolato nel maschio? ed i tristi eventi occorsi non giustificano pur troppo questo da essi concepito timore? e l' ingegno loro non si è esercitato, senza frutto però, nel rintracciare un buon metodo preservativo?

sitatis corporibus in œsophago hærentibus, sive infixis, quæ cum in stomachum sint detrusa, ob eorum magnitudinem, aut formam, aut naturam, dirissimos possunt dolores, et effectus ita graves gignere, ut ægrotantis vita in extremum discrimen adducatur.

Hæc inter corpora recensenda sunt fragmenta ossea, metallica, vitrea, cuspidata, asperitatibusve instructa, nec non fructuum grandiores nuclei, et alia hujusmodi: Nemo

Che l' erniotomo da me prodotto rimuova dal suo tagliente i vasi arteriosi, quando lunghesso il medesimo scorrano, lo conobbe sperimentandolo sul cadavere il Prof. F. Civinini illustre per l'ampiezza, ed originalità delle sue dottrine anatomico-patologiche ec., ed illustre altresì perchè unisce a queste lealtà di sentimenti, e rettitudine di linguaggio, senza di che vana è la speranza di vero progredimento nell' arte.

Che riesca facile, e sicura la sua applicazione lo conobbi io stesso, mentre eseguiva l' erniotomia femorale (*V. op. cit.*) e lo conobbe in pratica l' abilissimo chirurgo sig. Federigo Gherardi, come da lettere a me dirette ne risulta. Potrei quindi concludere che il mio istrumento toglie un antica imperfezione della scienza.

Questi pochi riflessi valgano i molti che par potrei aggiungere.

enim inficiabitur quin gravia afferant detrimenta, cum in stomachum dejciantur, præsertim si talia corpora sint ex illis metallis, a quorum chymica dissolutioœ, per gastricos mestruos effecta sales *deleterii*, et quandoque mortiferi exoriuntur. Vomitum autem arte coucitatum, sicuti præceptum est a medicis, aliquando corpus in faucibus retentum ejecisse comperimus; sed cum stomachus esset alimentis vacuus plerumque inutilis fuit vomitus, et alioquio haud expers erit periculi, si corpus heterogeneum propter illius magnitudinem œsophago infixum hæreat, et ventriculus sit alimentis infarctus: verendum enim est ne tunicæ œsophagi distractæ in vomitus conatibus, per ingesta offendiculo alieni corporis detenta, disrumpantur, aut ne œsophagus hujusmodi caussa distentus adeo tracheam in partem ejus posticam comprimat, ut exhinc ægrotus impossibilitate spirandi exceptus statim intereat, veluti hoc nobis quandoque accidisse innotescit.

Nonnulli, qui Chyronis artem factitant, præferrent corpora in œsophagum detrusa naturæ molimini committenda: sed hoc apud plerosque male audit, nec immerito, nam tametsi post teterrima symptomata serius, ociusve oborta tandem ex abscessu circa collum provocato, et natura, vel arte perfosso, ea prodiisse narretur, attamen exploratum est omnibus phlogosim pernicies adeo graves in organis collum circumambientibus molitam esse, ut ægrotus exitiale sæpius subjerit fatum.

Ex his paucis animadversionibus plane desumitur cito confugiendum ad instrumenta, quorum ministerio e faucibus corpus perniciosum elicere valeamus, sive ad operationem quæ œsophagotomia a Nosologis nuncupatur. Sed, quamvis ista operatio methodo celeberrimi A. Vaccà Berlinghieri præceptoris nostri tutius quam antea perfici possit, et proinde laudes illud immortalitate dignum Ingenium ab extraneis quoque Nationibus promeruerit, tamen si operationem hanc,

et instrumentum, quo corpus heterogeneum ab œsophago per naturalem viam facile educi possit inter se comparemus, unusquisque porro inferet instrumenti hujus ministerium œsophagotomiæ præponendum: nec opinamur opus esse discrimina, et pericula inter utrasque methodos consectari: alioquin cum peregrinum corpus in parte insidat œsophagi, quæ ad thoracis cavitatem respicit, volsellis per vulnus œsophagotomiæ injectis ad inaccessum corpus, quod nequidem cerni potest, ægre pervenitur; quinimo difficilius erit quam ex ore illud prorupere, si ad profundum et obliquum vulneris locum attendamus; hinc instrumentum quacumque sit forma per vulnus œsophagi immissum in majores difficultates incurrit, quam si per os infundatur.

Plura extant instrumenta humano ingenio excogitata et variis instructa modis, quibus nisi sunt chirurgi ad expromenda insitata corpora ab œsophago; nimirum, bacillum ex osse Balenæ, vel ex gummæ *elastica* constans, in cujus apice multi nectunctur anuli serici, ut corpus

ab iis obvolutum, bacillum trahendo, elicia-tur. Volsella illius adinstar quam Hunterius adhibuit, in calculis urinariis in uretræ canali hærentibus. Spongiola arida lineo stamine vincta, inferius corpori, per œsophagum, conjecta vel motu ingestionis, vel quocumque materiali gubernaculo perducta; haec exinde, humoribus madefacta, ac iis infusis tumida, corpus idem secum subducere valet, dum per stamen retrahitur. Bacillus *elasticus* uncis metallicis et retrusis instructus, quibus alienum corpus, casu apprehensum, elicitur: Calibis Virgula, quæ deorsum alieni corporis immissa, veluti umbella ad libitum recluditur, corpusque superpositum secum ducit dum sursum ascendit. Denique instrumentum exemplo litolabis.

De omnibus hisce instrumentis, et aliis, quæ brevitatis amore prætermittenda arbitramur, non solum iteratis vicibus plerumque obeundus est eorum usus, molestissimis ægrotantium angoribus, sed et incertus, et inanis utplurimum evadit eorumdem agendi modus, neque

insuper periculo caret: nam fieri potest quod ab istrumentorum hujuscemodi collisione cum corpore in œsophago infixo, corpus idem, quod delibare curamus, hinc per œsophagum eo magis exilat, hinc ad stomachum procedat, hinc in partibus ab illo vulneratis profundius irrumpat.

Cum vero difficultates, nec non ærumnas perpenderemus, quæ memorata instrumenta adhibita, ob eorum crassitiem, formam, et modum agendi sequuntur, cumque sedulo investigaremus quonam opificio corpora infesta in œsophago detenta tute apprehendi, extrahique possent, nobis datum est, haud novum instrumentum moliri, sed istrumentum cognitum, aliqua modificatione excepta, ad nostrum consilium facile accommodare, quodque securitati et facilitati consulere visum est nobis. Instrumentum hoc ex arte obstetrica deprompsimus, nempe ex quodam forcipe ab illustri Levretto adinventa, ac *tirateste* nuncupata; quæ tamen a recentioribus obstetricam artem exercentibus fuit

haud immerito neglecta. Hanc itaque forcipem ad formam redigere curavimus, veluti in tabula cernitur, ut plane nostrum expleret propositum. A (v. fig. 1.) est cannula ex calibe, duodecim pollicum longitudine, quæ in hastam B producitur per quatuor circiter pollices, et leviter inflexa specilli olivaris adinstar absolvitur; C. C. duæ sunt hastæ pariter inflexæ, quæ super alteram, ope axiculo, vertuntur, et per cannulam prosiliunt ad illius usque inferiorem extremitatem, ex qua statim ac productæ flectuntur utræque ad angulum rectum, ad modum manubrii: hæc autem manubria inter se in obliquum divergentia manent: cum vero manubria, digito pollice, et indice, mutuo admoveantur, hastæ super axillum simul volventes, altera ab altera gradatim removentur: et instrumentum recluditur: instrumentum autem omnino reclusum exhibet ambitum, in media illius parte, viginti circiter linearum. Huic instrumento caveæ nomen congruere existimamus. (fig. 2) Instrumentum clausum exponit.

His paucis præhabitis quoad instrumenti figuram, de applicatione, deque illius expedito agendi modo nonnihil innuemus, neque in prolixa descriptione immorabimur, nam supervacanea futura esset, cum unusquisque ex aspectu instrumenti ejusdem in tabula delineati, quemadmodum hoc tractari debeat plane clareque intelligit.

In sedili adeo collocetur infirmus, ut minister a tergo caput ejus contineat: tum, diducto ore, digitum indicem sinistræ manus Chirurgus super linguam iniiciat, dextera autem manu prehenso, veluti calam scriptorio, instrumento, ipsius apicem secus parietem pharingæ posteriorem ducat; deinde per œsophagum impellat corpore tenus inusitato: tunc levi manu illud excedere curabit: nec ægre hoc fiet, cujuscumque enim magnitudinis et formæ sit corpus istud, siquidem *cavea* ad extremitatem in parvam figuram olivarem evadit, porro in interstitiis ejusdem, et œsophagi proliciet, præcipue si instrumenti apex parumper deflectatur ad sinistrum, aut dexterum œsophagi latus.

Cum igitur *caveæ* apex per duos circiter pollices corpus heterogeneum sit prætergressa recludentur hastarum manubria, quapropter hastæ pariter reclusæ illud circumplectunt, et suo in sinu retinent; proinde instrumentum leviter volvendo simul et corpus comprehensum educitur.

Modo perpendendum est quod si corpus exoticum in œsophagi parietibus infixum hæreat, siquidem, cum instrumentum recluditur, œsophagi parietes in orbem distenduntur, ac hastarum fulcimento evectæ manent, corpus infixum facile laxatur, et ab œsophago sejungitur, nec ideo timendum est ne inferius excidat, etenim, ut primum sit omni nexu solutum, ab instrumento illico comprehenditur, atque etiamsi excidat necesse est in ima illius parte illud consistere (2).

(2) *Instrumentum pluries una cum peritissimo juvene Doct. A. Diamanti sumus in cadavere experti, et fragmenta lapidis, ossis etc. in œsophago ad varias altitudines perducta, ex hore abripere valuimus: sed cum corpus apprehensum ex instrumenti fenestris, propter earum amplitudinem, aliquando prodiret, utilitatem comperimus duas adjiciendi hastas, quæ itidem in axicula accommodatæ usque ad cannulæ dimidium pervenïant: hæ simul in gyrum trahuntur cum sint cæteris hastis aliqua stamina connexæ.*

Ex his monitis, ni oppido fallimur, plane patet instrumentum pro re nata triplici fungi munere: videlicet; primo, corpus heterogeneum separat ab œsophago, si ob aliquam asperitatem ei infixum hæreat: secundo, obvolvit idem, coercitque ne inferius per œsophagum magis decidat: denique illud extrahit, etiamsi prope cardiam pervenerit.

Nos itaque nulla animi cupidine illecti, sed humanitatis amore flagrantes hæc pauca, et inscita verba præstitimus, quæ nisi probatura occasionem saltem dederimus aliis meliora dicendi. Verum utcumque res sit, ceu præstantissimorum hominum judicium veremur, ita haud curandos existimamus, qui cum inertes, ignavique nil valeant in chirurgica facultate præstare novi, invidiæ obnoxi (et nulla invidia pejor invidia medicorum: *Eccles.*) obliquis oculis illos intuentur, qui aliquid conari prospiciunt.

Fig 2



Fig 1

